



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Audomarus Episc. Confess. 9. Septembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

— 170 (090)

Mariæ, parens est prædestinatorum. Esto constans
& fidelis servus ejus, ut ipsa constans & fidelis fuit
sponsa Spiritus sancti. Oportet inter fluctus seculi confa-
gere ad Mariam, & respectu exempli ejus cursum vita diri-
gere. S. Epiphanius.

S. AUDOMARUS EPISC. CONFESS.

9. Septembris.

*Bonum est mihi cum uno oculo in vi-
tam ingredi, quam duos oculos
habentem mitti in gehennam igni*

Matt. 18.

Cœpit AUDOMARUS tunc vivere, cùm
desijt Mater, quando nimirum à morte
hujus cum patre mori mundo inter Asceras
occepit. Jucundum credo videre cœlo erat,
Patrem una & filium in eadem virtutis schola
discere, miraculo eo majori, quod ad hanc
filius Patrem duxerat. Quid jam mirum, si
mira alia quam plurima patravit AUDOMA-
RUS, si radiare è ligno ctucem, si exsurgere è
lectulis ægros, è vinculis captivos iussit? Nos
duo tantum scribemus, quorum puerilium,
alterum bis puerisenes legant. Episco-
pus jam Morinensis adolescenti interdixerat,

ne cy-
Sed i-
tum,
runt,
cum:
tore
ret si-
remi
MAR
tum
quiū
ocul
facti
efset
ret,
lum
coec
I.
cœc
cum
que
etia
bet

necymba in aquis luderet. Risit ille, & lusit.
 Sed in obsequentem venti fluctusque in al-
 tum, inde è Gallia in Saxoniam usque eje-
 runt, & ut contra immorigerum conjuras-
 cum aquis terram agnosceret, latrones in lit-
 tore venientem præstolabantur. Quid age-
 ret sine velis, sine remis puer Nauta? Nempe
 remi preces, vela Divi apud DEUM Audo-
 mari merita fuerunt. His ille in patrium por-
 tum invectus Naulum Navarcho suo obse-
 quiū dehinc persolvit. Hic cùm amissos senio
 oculos ad D. Vedasti tumulū recepisset, mox
 facti poenitens cùm nō videret, an ex te animi
 esset videre, precatus est Deum, iterum eripe-
 ret, si noceret, lumen. Eripuit & in cœ-
 lum abituro Duces Angelos misit. Ibi ille
 cœcus nunc Deum videt. Ex Sur.

MEDITATIO.

*De Cæcitate utili ad salutem**& noxia.*

Si Audomarus visui præelegit oculorum cæcita-
 tem. Est virtutum cæcitas quædam sancta. Sic
 cæca est sanctorum obedientia: sæpe puer regit cæ-
 cum virum, ita sancti facile obtemperant. Justitia
 quoq; cæca: non enim respicit personā. Humilitas
 etiam ambulat cæcè pro suis defectibus cœlendis ha-
 bet oculos Argi: Defectus aliorum vel non videt,
 vel

vel dissimulat, vel tegit si potest vel excusat: Nonne
festucam vides in oculo fratri tui, & in tuo non vides tra-
bem? Castitas quoque cæca est; claudit enim oculos,
ne mors intret per fenestræ.

2. Est cæcitas vituperabilis affectuum amoris &
iræ. Cæcè amamus: nimis multi sunt exoculati Sam-
pfones; Nec prævident suam infamiam, nec anima
ruinam. Excæcant etiam amor consanguineorum &
auri cupido: clama cū cæco. O Domine ut Videam. Luc.
18. Iræ quoquæ affectus obscurat rationem, ut cæco
furore multa agamus: igitur ne statuas quidquam si
iratus fueris. Jam te (inquiebat Architas Tarent)
occiderem nisi iratus essem.

3. Est cæcitas execrabilis peccatorum, qui amis-
so per peccatum lumine divinæ gratiæ tota nocte labo-
rantes nihil capiunt: O quanta cæcitas! Si omnia egero,
& charitatem non habuero nihil sum, & nihil mihi pro-
dest. S. Paul,

S. NICOLAUS TO LENTIN. CONF.

10. Septembris.

*Ego enim didici in quibus sum suffi-
ciens esse. Scio & humiliari, scio &
abundare, & in omnibus institu-
tus sum. Paul. ad Philip. cap. 4.*

Sep.